



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Isacius Conf. 30. Maii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

## S. ISACIUS Conf.

30. Mail.

*Sit autem omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum, Et tardus ad iram.*

Epistol. Jacobi, c. 1.

**M**ovebat in hostem Imperator Valens, Mipse DEI longè maximus hostis, ut qui pro Arianis pugnabat, templisque Catholicos arcebat. Occurrit eunti ISACIUS noster plenus fatidico spiritu & libertate Christianâ armatus monuit, si pacem in imperio exoptares, ne bellum caelo faceres: sique belli portas claudere percuperes, Catholicorum templa prius aperires aliter crederes, cum superis sibi bellum fore, nec nisi sanguine suo & insensu licaturum Marti. Hæc inquam, & similia non semel Isacius occinebat Valenti. At hic molestum monitorem in obviam dumtaxat iussit abjici. Scilicet, si spinæ illæ nunquam aliàs, tunc certè Rotas tulerunt, sanguinèmq; biberunt, quo rectè erubescerent. Et verò ad formosa spectacula tres Coelites advolarunt gestieruntque à spinis Isacium (hoc est Rosam) tollere, qui



qui eadem mox oracula tyranni auribus ingressit. Tum verò cum asservari inter vincula iussit Valens, dum redux è bello victorque otiosè rideret Vatem suum. At hic abeunti illa alterius Vatis verba dixit, *Si reversus fueris in pace, non locutus est in me Dominus.* Enim verò Valens acie victus est & qui fumos vendenti Ario crediderat, fumo ignèque in fuga periit. At Isacius vatis honores tulit. illi urbis portæ ad preces quoties libuit, patuerunt. illum mortuum omnis Constantinopolis tam luxit, ut unicum hominem omnium humeris crederes efferi.

*Ex Metaphor. & Menol.*

## MEDITATIO

### *De triplici consilio S. Iacobi.*

1. **T**Ria sequere consilia, & in multis non offendes. *Sis velox ad audiendum.* Locutus est Deus ore Isacij Valenti Tyranno, nec tamen dictis obaudiit, damno suo & probroso interitu. Sæpe tibi Deus loquitur, ore tum amicorum, tum inimicorum: tuorum illorum consilij, & horum convitijs utere ad salutem. Audi etiam conscientiam loquentem: sed quoties eam vilipendis?

2: *Esto tardus ad loquendum:* verbis paucis, sed cautè & seriò prolatis Isacius Propheta audiit. In multiloquio autem non deerit peccatum. Si ad verba

tua



tua serid attenderes, tot otiosa, & tot inutilia non effutires: nihil diceres unquam, quod repugnaree charitati & honestati. De tuis laudibus omnino conticesceres. Inquire in te ipsum, & inuenies majorem peccatorum tuorum partem verbis contineri.

3. *Esto tardus ad iram.* Justissimam iram Isacius corripuit Tyrannum; sed impius precipiti iram & malefanam, Isacium mala sed vera vaticinantem in spinosa dumeta immerfit: ubi rosas patientiae collegit Propheta, saepius iram nostram damnaremus, si ejus causas perpenderemus. Nunquam sanctius irascimur, quam nobis ipsis, si peccavimus. Si autem in proximum iram effuderimus, aut verbo aut opere, in gratiam mature redeamus: *Sol non occidat super iracundiam vestram.*

## S. PETRONILLA VIRGO.

31. Maii.

*Pater mi si possibile est, transeat a me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis*

Matt. c. 22.

**H**æc S. Petri ex Perpetua matre Martyre, ante Apostolatam genita filia, affixa à primis annis lecto miseram vitam à morbida vivebat; nec ipse parens S. Petrus jam  
Apostolus